





DE OBLIGATIONIBVS ET  
ACTIONIBVS DISPVTATIONUM  
Sexta. 1598, 4

Quæ est

DE VERBORVM  
ET LITERARVM OBLIGATIONIBVS.

Quam

D. O. M. A.

Sub Præsidio

M. JOHANNIS SCHMALT-  
CALDERI MARPVRGENSIS HASSI,  
in illustri Iulia Academia quæ est Helmsteti

pro viribus

defendere conabitur

IACOBVS KRAMSACK Iun. Magde-  
bùrgensis Sax.

HELMAESTADII

Excudebant hæredes Iacobi Lucij, Anno  
M. D. XCVIII.





MAGNIFICIS  
AMPLISSIMIS AC  
PRUDENTISSIMIS  
VIRIS,

- |                        |          |
|------------------------|----------|
| DN. CASPARO ALMAN      | } Cofs.  |
| DN. MAVRITIO VVESTPHAL |          |
| DN. MICHAELI RHEBEIN   | } Camer. |
| DN. MARTINO ALMAN      |          |

coeterisque , inclytæ ac celeberrimæ  
Reipublicæ Magdeburgensis  
Senatoribus

*Dominis, patronis & Meccenatibus su-  
prema animi obseruantia  
colendis.*

D. D.

Respondens.





# DISPUTATIO SEXTA.

## THESIS I.



Equitur contractus verborum: Definitur: Contractus, quem verba, lingua figurata constituunt.

*l. 1. in pr. s. verbis. l. 5. l. 35. s. fi. l. continuus. l. 99. ff. l. 1. l. 3. l. omnes C. s. 1. & 2. Inst. de Verbor. oblig. s. praeterea Inst. de inutil. stipulat. l. 52. de oblig. & act.*

Hinc sequitur: Verba in stipulatione non esse de adiuncto, seu nuda ac mera symbola, sed de causa constituyente. *Consect. 1.*

*Gæd. de stipulat. c. 3. num. 173. & seq. Diss. Duar. ad tit. de Verb. oblig. Donel. in rub. nu. 12. ff. eod.*

Stipulationem scriptura fieri non posse.

*per definitionem hanc & inf. thes. 3. Deinde: unam speciem de alia dici, impossibile est: per naturam oppositorum. Atq; verborum & litterarum contractus specie differunt. s. ult. Inst. de Obligat. tit. inst. de oblig. qua ex cons. ibi neq; scriptura neq; presentia. Ergo obligatio verborum literis & vice versa litterarum verbis, fieri omnino nequit. Diss. Vvesenb. parat. de V. O. nu. 12. Viuius par. 2. decision. nu. 298. Riminal. ad pr. Inst. de donat. n. 537.*

*Consect. 2.*

## II.

Verba; vel solius promissoris, vel & stipulantis: Illo casu duplex est: Dotisdictio, & iusiurandum quo quid promittitur, Dotisdictio est contractus verborum, quo quis dotem dicit: Iusiurandum illud est contractu verborum, religiosè aliquid promittendi.

Hinc

A 2

Gaius



Gaius. tit. 9. lib. 2. Inst. §. sunt & alia l. 2. vers. dos si qua forte.  
C. Theodos. de incest. nupt. l. ult. C. Theodos. de dotib. iuncta  
l. 19. §. 2. ff. de adilit. edict. l. 13. iunct. l. 8. §. 3. ff. de acceptil.  
Cuiac. par. C. de dot. prom. Vlpian. in fragm. tit. 6. Cic. lib. 3.  
offic. Charond. ad rubr. de iure iur. Duar. & Cuiac. eod. Gre-  
gor. lib. 56. syntagm. c. 4. num. 1 Vult. 1. discept. 7. in pr. Gæd.  
in prolegom. de contr. stipul. num. 10. & deinceps.

**Consect. 1.** Hinc: Si quis dolo, vi, metuè coactus iuramento fedi-  
tiosorum turbæ se associauit, eum non obligari.

*thes. hac. ibi iusiurandum est.* Contractus, iunctis iis qua  
allegauit sup. ad disp. 1. cons. 12. l. 112. §. ult. ff. de leg. 1. l. 7. §. 16.  
de pact. c. 16. & 18. de iure iur. c. 5. de R. l. in 6. Nam vt elegan-  
ter Isidorus in lib. 2. synonym. tradidit. In malis promif-  
fis rescindenda fides, in turpi voto mutandum decre-  
tum: quod incautè votum non faciendum: impia e-  
nim est promissio, quæ scelere adimpletur. c. in malis  
22. quest. 4. & d. quest. per tot.

**Consect. 2.** Quemadmodum nec eum, qui latroni pro redimenda vi-  
ta, certam se pecuniæ summam daturum iurauit.

*l. 5. C. de ll. l. 16. in pr. de R. l. l. 7. §. dolo de pact. l. 27. §. pacta  
de pact. c. non est obligatorium de reg. iur. in 6. thes. hac. ibi  
iusiurandum est Contractus. iunct. th. 8. & 16. supr. disp. 1.  
Bodin. lib. 1. de republ. Diss. Philippus Melanrh. in Ethicis de  
iuram. Petrus Martyr in locis commun. class. 2. loc. 13. num. 21.*

### III.

Si & stipulantis: Stipulatio dicitur: Quam definitio:  
Contractum verborum, quo quis continuò, quemadmo-  
dum rogatus est: nisi ilicò diuersitas responsionis placu-  
erit, promittit.

*l. 1. §. 7. l. 3. l. 52. §. 2. de O & A. l. 1. per tot. l. 5. §. 1. l. 35. §. f. l.  
83. §. 1. l. 137. in pr. ff. de V. O. Gæd. c. 1. conclus. 3. & c. 4. concl.  
4. de contr. stipul.*

Hinc

Hinc sequitur: Stipulationem verum contractum esse. *Consect. 1.*

*S. fin. Inst. de obl. l. 1. §. 1. S. verbis de oblig. & act. l. 9. §. Quoniam ff. de reb. cred. l. 1. & 2. ff. de nouat. per l. 1. vers. adeo ff. de pact. l. 83. vers. negotium contrahitur, de V. O. l. 48. de O. & A. l. 1. in fin. ff. de pact. iunct. de fin. contractus. Anton. Guibert. lib. 1. quest. c. 8. Cuiac. ad l. 1. & 7. de pact. Gomez. 2. variar. resoluz. c. 9. nu. 3. Diss. Barz. Alciat. Brechæus, Forner. ad l. 19. de V. S. Ias. ad l. 5. nu. 4. de V. O. gl. ad §. conuentionales vers. rerum contrahendarum Inst. de diuis. stipular. & ad l. 2. ad vers. repellere vers. nec obstat. C. de iur. Emphyt. & DD. communiter. teste Soarez in thes. com. opin. verbo Stipulatio num. 199.*

Pomponij definitionem in l. 5. §. 1. de verb. oblig. non esse *Consect. 2.*  
stipulationis totius, sed vnius duntaxat partis.

*Gæd. c. 1. num. 81. & seq. de stipul. Diss. Ias. & Mozius de stipular. col. 1. nu. 12. 13. 14. in tract. de contract.*

Quemadmodum & illam Pauli quæ extat lib. 5. sentent. *Consect. 3.*  
tit. 7.

Definito latiore esse istam Giardini: Stipulatio est con- *Consect. 4.*  
tractus per conceptionem verborum completus. *Compe-*  
*tit enim hac definitio & aliis contractus verborum speciebus.*

Multò magis illam quam proponit Bolognetus quod sit: *Consect. 5.*  
duorum in idem consensus: *hac enim omnibus aliis etiam*  
*contractibus competit.*

Nec rectè Cuiacium in paratit. ff. de V. O. definiisse. Sti- *Consect. 6.*  
pulationem conuentionem &c. *cum sit genus ibi remotius.*

Nec has species definiendas esse, verborum conceptio- *Consect. 7.*  
nes &c. *cum & illud genus remotius sit.*

*Zas. ad l. 5. §. 1. num. 2. Bologn. Scipio. Giardin. Alciat. n. 1. &  
alij ad d. l. 5. Diss. Iason Cuman. ibid. Mozius de stipul. col. 1. n. 12.  
13. 14. in tract. de contract.*

Item sequitur illud: si aliud pro alio respondeatur. *veluti Consect. 80*

A 3

pro

pro Pamphilio 10. & diuersitas ilicò placuerit, valere stipulationem.

per l. 1. §. 3. de V. O. Diff. DD. teste Dn. Gæd. de contr. stipular. c. 4. num. 90. Omnes in d. l. 1. §. cum adijcitur & §. sed si mihi.

Confect. 9. Item illud: Cum stipulanti decem. promittantur viginti vel vice versa, in decem contractam esse obligationem statim, citra diuersitatis approbationem: Idem putamus circa corpora in stipulationem deducta, dicendum.

l. 1. §. 4. & 5. ff. de V. O. Alciat. Zas. Don. & DD. prope omnes. Diss. Cuiac. in d. l. 1.

Conf. 10. Similiter sequitur: approbationem diuersitatis non constituere nouam stipulationem.

per d. l. 1. §. 3. in fin. ff. de V. O.

Confect. 11. Hinc quoq; deciditur: Errare, Iohannem de Imola. Alciat. num. 1. & 2. Zas. nu. 6. & 7. in l. 1. §. 3. de V. O. Ioan. Fabr. §. præterea Inst. de inutil. stipul. Quos refert Dominus Gæd. in d. tract. de stipul. c. 4. num. 48. quod putent, ad eò nullam esse stipulationem, ad quam diuersè responsum fuerit, vt nec diuersitatis approbatione vires accipere possit.

Conf. 12. Confectarium quoq; est: Stipulationem, quemadmodum pactum, de mutua successione, nullius momenti esse.

ih. hac ibi. Contractum. iuncta l. 5. C. de ll. l. ult. C. de pact. l. 4. C. de inutil. stip. l. 7. §. & generaliter ff. de pact. Diss. Oldrad. conf. 139. per tot. Ioan. And. in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. porro num. 5. ad verb. minus. Salicet. in l. fin. nu. 3. C. de pact. Iason in l. si pater puella C. de inoffic. test. & l. stipulatio hoc modo concepta nu. 19. ff. de V. O. Dec. conf. 63. n. 4. & conf. 516. n. 1. cum seq. vol. 1. Zas. conf. 1. n. 1. cum seq. vol. 2. & alij quos refert & sequitur ex parte Gail. 2. obs. 126. n. 3. & 6. cum seq.

Conf. 13.

Consequens quoq; est: poenam inutili stipulationi adiectam non deberi.

ih. hac



hb. hac ibi Contractus, Contrahentes enim de iis que per naturam & leges impossibilia sunt, nihil agimus l. 5. C. de ll. verum qui pœnam sic promittit, rem impossibilem promittit: (causa enim sit, oportet, ut ponatur effectus. Sed hic pœna causa puta delictum, l. aliud fraus est de R. I. poni non potest. Igitur nec pœna) Quocirca nihil agit. Don. 12. comm. 20.

## IV.

Hæc pro diuersitate subiecti occupantis, vel causæ finalis, variè meretur dici, interdum fideiussio, quia fideiussor alienam obligationem sua fide fore promittit: interdum nouatio, quia nouantes hodie expressis verbis, nouam obligationem priorem perimentem se facturos dicere debent: Interdum stipulatio in specie.

l. 5. vers. conuentionales § satis acceptio ubi DD. ff. de V. O. l. 12. C. de fideiuss. l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. §. 1. & seqq. l. 16. l. 34. ss. 56. 57. 70. §. 1. §. fin. ff. eod. l. fin. C. de nouat. & deleg. §. præterea vers. sed eum Inst. quib. mod. tol. obl.

Huius Consectaria sunt.

Fideiussorem obligationem futuram præcedere posse. Consect. 1. per defm. fideiussionis. Gæd. c. 5. concl. 5. Diss. post gl. loh. Brech. ad l. 7. in fin. de V. O.

Fideiussionem non desiderare rogationem rei principalis. Consect. 2.

l. 4. l. 5. vers. idem est. de neg. gest. l. 30. de fideiuss. l. 20. §. 1. mandat. l. 40. ff. eod. iunct. l. Marcellus de fideiuss. Gæd. d. c. 5. n. 28. & seqq. de stipul. Diss. post gl. ad §. 1. de fideiuss. Brech. ad d. l. 7. in fin. de V. S. Myns. ad rub. Inst. de fideiuss. n. 5.

## V.

Ex hoc verborum contractu obligatio nata dicitur etiam verborum a, pariens conditionem certi, si obligatio certa sit: Si verò incerta ex stipulatione: actionem ex stipulatu b.

A 4

a 10f.

*a* 101. 112. ff. & Instit. de V. O.

*b* l. 9. l. 20. l. 24. de reb. cred. l. 28. §. exceptio de iureiur. l. 27. §. fin. ff. de recep. arbit. l. 3. C. de inut. stipular. Don. ad d. l. 24. nu. 1. & 2. & l. 7. C. de pact. Oldend. 4. class. action. 29.

### VI.

Restat adhuc Contractus literarum: qui definitur: Contractus scriptura perficiendus.

*112. Inst. de literar. oblig. & 112. de obl. qua ex cons. ibi neque scriptura &c. opus est. §. ult. Inst. de obl.*

### VII.

Eius species sunt; Chirographi datio *a*, Emphyteusis *b*: donatio simplex 500. solidos excedens *c*.

*a* 101. 112. Inst. de liter. oblig.

*b* l. 1. ibi Conceptionem definitionemq; propriam &c. & ibi scriptura interueniente &c. & ibi Bald. Salicet. Sichard. C. de iur. Emphyt. & l. 2. ibi in Emphyteuticis instrumentis. C. eodem Don. lib. 9. Comm. c. 13. & 13. c. ult. Coras. in l. 1. C. de iur. Emphyt. Clarus lib. 4. recept. sent. quest. 4. Mascard. de probat. concl. 602. nu. 2. Bocer. ad l. 23. c. 4. nu. 9. de reg. iur. Borch. de feud. c. 3. nu. 7. & seq. Fachin. 1. controu. c. 84. Dissentiunt Accurs. & Bartol. d. l. 1. C. de iur. Emph. Conna. c. 12. n. 6. lib. 7. comment.

*c* l. 32. 35. C. de donat. §. 2. ubi interpretes. Inst. eod. l. 19. C. de S. S. Ecclesiis. Gail. 2. obs. 39.

Consect. 1. Hinc liquet, plures vnâ species esse contractus qui ex literis.

*per iura allega. Diss. DD. ad vnum omnes.*

### VIII.

Chirographi datio est contractus literarum, quo quis, certam pecuniæ summam ex causa se debere profitetur.

*d. 112. Inst. de liter. obl.*

Conse-

Confectarium 1. Si ob aliam, quam crediti causam, cau- *Confect. 1.*  
tum fuerit, nihilominus exinde obligationem hanc  
nasci.

434.

*Vult. 1. Jurispr. Rom. c. 31. Diss. Don. 14. com. c. ult.*

Statim literis traditis, non expectato biennio, licet eo *Confect. 2.*  
elapso firmiter quis obligetur, literarum obligationem  
nasci.

*Diss. Donell. d. c. 37. & seq. post Duaren.*

**IX.**

Emphyteusis est contractus literarum, quo prædium  
aliquod ad longum tempus sub lege meliorationis, & an-  
nuæ, in dominij recognitionem, præstationis, utendum  
fruendum datur.

*l. 16. §. ult. de pignorat. act. l. 15. §. si de vectigalibus 26. de  
damn. infect. Nou. 120. c. 1. in fin. aurb. si quas. C. de S. S. Eccl.  
l. 2. & 3. C. h. 1. Borch. de feud. c. 3. num. 4. Diss. Donel. non nisi  
in agro consistere emphyteusin existimans lib. 9. com. 13.*

**X.**

Donatio simplex 500. solidos excedens, est contra-  
ctus literarum, quo, mero liberalitatis studio, ultra 500.  
solidos, nulla mortis cogitatione, apud acta in aliquem  
quis confert.

*l. 32. & 35. C. de don. §. 2. Inst. eod. ubi interpr. l. 19. C. de S. S.  
Eccles. Ves. de donat. num. 6. Gail. 2. obs. 39. Clar. quest. 15. n.  
1. Boer. c. 3. de donat. num. 20. Sichard. ad l. 34. C. h. 1. num. 2.  
& seq.*

**XI.**

Nascitur ex his contractibus obligatio literarum,  
pariens conditionem a, tam certi b, & ex lege c, quam a-  
liquem aliam generalem.

*a sit. Inst. de liter. obl.*

*b l. 9. ff. si cert. pesat.*

*c sit.*

*e tit. de cond. ex leg. V. Ves. si ager vectigalis num. 2.*

XII.

Et si ex cautionis seu chirographi obligatione agatur, intra continuum biennium, postquam cautum est, exceptio non numerati vel dati competit: Elapso hoc nequaquam: licet reus onus probandi, rem non datam esse, in se recipere, paratus sit.

*tit. Instit. de literar. oblig. l. 14. C. de non num. pecu. l. 8. circa fin. ibi. Sin vero legitimum tempus excessit &c. omnimodo &c. debitum soluere compellitur. C. de non num. pec. l. 14. princ. eod. l. 3. C. de postulan. l. ult. C. de cond. ex lege Diss. Bart. in l. 5. C. de non num. pec. Gom. lib. 2. var. resol. c. 6. n. 7. & ibi Soarez. in addition. Baro in Institut. de literar. oblig. Moz. de contractib. titulo de mutuo num. 9.*

COROLLARIA.

I.

**V**trum prodigo ipso iure, an verò Magistratus decreto, bonis interdicator? Nos Magistratus, cui hoc lege concessum est, auctoritate opus esse arbitramur.

*l. 18. in pr. ff. qui testam. fac. poss. l. 1. ff. de curator. furios. iuncta l. 27. in pr. ff. de minor. l. 25. §. consult. iuncta l. 17. de hered. petit. l. 9. §. Quoniam. iuncto §. 7. de reb. cred. l. 12. §. ult. de tut. & curat. dat. ab his. l. 10. in pr. l. 15. in pr. & §. 1. de curat. furios. l. 6. de V. O. Iul. Paulus lib. 3. recept. sent.*

sent. tit. 5. Bart. Duar. Cuiac. l. 6. de V. O. Dam-  
 hud. in tr. de tut. & curat. c. 8. n. 11. & seq. Borch.  
 de pact. c. 4. nu. 10 & seq. & de V. O. c. 3. nu. 55.  
 Clarus lib. 3. recept. sent. §. testamento quest. 43.  
 Dissen. Donel. in l. 6. de V. O. Fachin. lib. 2. con-  
 tron. c. 65.

## II.

An duo vnus, & eiusdem rei, eodemque  
 tempore possint esse in solidum possessores,  
 non solum vnus, sed etiam diuersi possessio-  
 nis generis, videlicet, vt alter naturaliter alter  
 vero ciuilitate possideat? Quamuis pleriq; DD.  
 posteriori casu affirmant. Nos tamen neutro,  
 cum Donello, id fieri posse contendimus.

per l. 3. §. 5. ff. de acquir. poss.

F I N I S.





ULB Halle

3

003 913 791




56,

107










40



DE OBLIGATIONIBVS ET  
ACTIONIBVS DISPVTA-  
tionum Sexta. 1598, 4

Quæ est  
**DE VERBORVM  
ET LITERARVM OB-  
LIGATIONIBVS.**

Quam  
D. O. M. A.  
*Sub Præsidio*  
**M. JOHANNIS SCHMAL-  
CALDERI MARPVRGENSIS HASSI,**  
*in illustri Julia Academia que est Helmstedi*  
*pro viribus*  
*defendere conabitur*

**IACOBVS Kramfack Jun. Magde-  
D. bürgerfis Sax.**

**HELMAESTADII**  
Excudebant hæredes Iacobi Lucij, Anno  
M. D. XCVIII.